



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quâ in re peccarit Zacharias?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSUS 17.

Et ipse precedet ante illum in spiritu & virtute Elia: ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum: parare Domino plebem perfectam.

QUESTIO I.

Quid prescribit Ioannes

9-1. **Q**uia hac de re apud Mattheum 11, disputauit breuiter quae huius libri propria sunt, explicabo. Conuertet corda patrum ad filios. Hebraeus est, quo significatur concordiam reduci, ut patres, & filii qui religione opinionibus, odiis, vitiiisq; dissidebant, in vnam religionem, caritatemq; conueniant. Est enim locutio prouerbialis. Quemadmodum in contrarium illa sunt.

Corda Patrum ad filios conuertere.

Filius ante diem patris inquit in annos, immo nec existo vir coniugis, illa m. r. ti.

Concordia religionis est. videtur.

Ioannis praedicatione pacem inter agnatos, ciues, peregrinos componet, efficietque ut Patres in suum sanguinem sint propensi, filii parentum obseruantes. hoc indicat verbum *ἑνωσθήσονται*, apud Septuaginta est *ἑνωσθήσονται* in pristinum statum restituet, seu patres filius reddet. In pristinum ergo veteris concordia statum restituet est enim *ἑνωσθήσονται* solis, fiderumq; ad eadem, vnde egressa sunt, signa, reditus. Apud Prophetam alterum etiam membrum est, cor filiorum ad Patres, alia itaq; interpretationes ut Patres sint Patriarchae filij Iudaei: ut Patres Iudaei, filij Christus, & Apostoli: ut non sunt improbandae moraliter acceptae, ita a sensu literarum recesserunt.

Prudentia iustorum fides.

9. 2. Alterum est, quod incredulos, conuertet ad prudentiam iustorum. Erasmus vertit: inobedientes, quod Beza negat esse apud idoneos auctores, vti & immorigeros. Ipse vertit, rebelles, de contumacia enim non de diffidentia filiorum agi contendit. Ad Graecum verbum quod attinet, fateor *ἀπειθεῖς* esse eos qui non credunt, seu non persuadentur. & qui contumaces sunt. Quod si tamen de Grammatica suscitare lites placet. *Rebelles* non vocabo proprie, qui priuatim contumaces sunt. *Ἀπειθεῖς* proprie est persuadere: qui non persuadentur, dicuntur *ἀπειθεῖς*, est quia resistunt, nec parent, dicuntur etiam idem *inobediētes*. Hic tamen quia opponit *ἀπειθεῖς* seu incredulitatem non *ὑπακούω*, obedientia, sed *ἁποστήσει*, prudentia iustorum, argumento est, de vitis intelligentiae, non voluntatis angelum loqui, quamuis voluntatis contumacia, ex incredulitate oriri soleat, ac consequi. Eadem ratio est apud Syros clarior, vocat enim *ἀπειθεῖς* *מַתְּבַרְתִּים* de la Meththe-ph-*stō*, non acquiescentes, & dicit conuertendos ad scientiam iustorum *לְדַגְּתָא* Lidagha ha.

Scientia opus in incredulis.

Scientia vero opponitur incredulitas: nam scientia iustorum, ut & prudentia, fides est. Sensus igitur est, fore ut Iudaei increduli, ad fidem redeant, dissipati autem lectis erant, varias enim pereundi vias Satanis exitio miserorum stauit.

Prudentia non est iustis, qui conuertuntur.

9. 3. Porro cum dicit ad prudentiam iustorum Graecum est *ἁποστήσει* dicitur in prudentia iustorum. Quod quidam apud Bezam interpretantur, de prudentia Ioannis, quae eos oratione prudenti & formidabili, non vi, ut inconsiderati solent, conuertet. Ille tamen opinione ita sententiam repudiat,

quod nihil in propheta tale sit. Explicatio autem videtur eius, quod in propheta est: *Et cor suo non ad patres*. Reverti enim filij solent ad Patres cum eos prudentius sibi consulere intelligunt, quam sibi ipsi queant. Patribus enim prudentia tribui solet, filijs obedientia, quorum est prima prudentia parere parentibus: igitur pro eis intelligendum, vel *ἑνωσθήσονται* in manus cadere. Sicut post vertit, & Syrus *לְדַגְּתָא* Lidagha, ad scientiam. Longius vero ab ita Castellio dum vertit ad fragilitatem, non enim scriptum est, *οὐκ ἔστιν* sobrietatem, frugalitatem, sed *ἁποστήσει*, prudentiam.

9. 4. Parate Domino plebem perfectam, nos vertit, alii preparatam, alij ut Beza *ἁγιασμένην*, neque parat conuenire ut Ioannis opera dicatur, plebs perfecta esse, cum eius ministerium respectu praedicationis Christi fuerit rudis informatio, quae viam Domino parat.

Nostrom legisse putant nonnulli *κατασκευασμένην* significare etiam perfectam, nos vertit enim & Syrus sic conuertit. Nam *κατασκευασμένη* significat perfectam, quod enim nonnulli aiunt significat ineptum, impeditum, id sane huic loco non potest accommodari, & error est: non illa significatio est verbi *κατασκευασμένη* per quam hieram, non *κατασκευασμένη*. Hoc est, *absoluerit*, se *ἁγιασμένη* vti videntur & eius derivata. Luc. 13. Actorum 22. hinc *κατασκευασμένη* dicitur holocaustum; quasi sacrificiorum perfectissimum. Deuteronom. 33. & *κατασκευασμένη* res omnino absoluta. & *κατασκευασμένη* conclusio definita. Visus est tibi huius verbi, cum versum alique compendio citant, omisis aliquot verbis. Ad hoc namque addendum subiungunt *κατασκευασμένην*, id est: *absolutam*. Verus scilicet ipse abstulens sua verba, pro quo in Breuiario dicimus: *Et rel. qua* & communi in inscriptione. *Et alia*. Interpretes igitur populum perfectum intellexerunt.

9. 3. Perfectum autem intelligit poenitentem, iustificatum, ideoque institutum ad recipiendum Christum. Hoc est enim *κατασκευασμένην* seu omnibus instituerit. Et *κατασκευασμένην* orationis structura dicitur compositio, quae est perfecta, & a communibus quendi consuetudine remota: Laerti in Zenone. Et *κατασκευασμένην* Basilio est, non constitutus, non probatus sermo. Populus autem sic institutus iam perfectus. Nec refert Ioannis praedicationem fuisse rudem: nam et si mysteria explicitate Christi fuit, Ioannes tamen perfectionem docuit eandem, quam lex, quam Christus, veritasque vox est, poenitentiam agite, qui duas habet tunicas, des non habentes, non inem concesseris, &c. Ioannis enim institutum erat, homines a vitae prauiitate ad virtutem, & gratiae largitorem conuertere. Sic & ex aduersariis nostram veritatem Caluin. reuinit: & Daniel Tossanus populum fide & pietate instructum vocat, quem nos perfectum dicimus.

VERSUS 18.

Et dixit Zacharias ad Angelum, unde hoc sciam? ego enim sum senex: & uxor mea prociessit in diebus istis.

QUESTIO I.

Qua in re peccatis Zacharias?

9. 1. **Q**uia Zacharias vnde hoc sciam? ego enim sum senex: & uxor mea prociessit in diebus istis.

ADAMI
+ Euan

quod est in hoc, ex quo sciam, Syrus, Quomodo? causam addit, quia ipse senex, & vxor procreata est ætatis, seu procreavit in diebus suis. Quiaque aliud signum quærit, certum est, non credidisse Angelo: quod ille quoque v. 20, objicit: quia non credidisti verbis meis. Quia ergo punitur, peccasse constat, & peccasse non credendo. Quamquam autem alij quoque signum quæsiuerint, sine peccato tamen dubitarunt.

§. 2. Cum duplex potuerit esse dubitatio. Quæ vel Depotentiam & veracitatem derogaret, vel Angelo nunciandi fidem: duplex quoque illi tribuitur infidelitas. Prior grauis planè ac impia, altera aut sine grandi aut etiam vilo peccato esse potuit in alijs, in Zachariâ sine peccato non fuit. Caluinus de potentia & veracitate dubitasse existimat. [Porro causa diffidentie in Zachariâ fuit quod in ordine naturæ subsistens, Dei potentia minus tribuit, quam decebat. Et non dubitauit, ait, Zachariâ, esset vox Dei necne, sed quum nimis defixus esset in mundo, obrepit in eius mentem obliqua dubitatio futuræ esse effectus quod audierat. Ac eâ in re non leuem Deo fecit iniuriam quia perinde erat ac si secum disputaret veritatem habendus esset Deus, quem constabat loquentem esse. Quamquam sciendum est non ita incredulam fuisse Zachariam vt protus à fide desciceret. Est enim generalis fidei quæ promissionem æternæ salutis amplectitur, & grauitatæ adoptionis testimonium. Quomodo autem potest quæ non semel recepit Deus in gratiam specialiter multa promittit, quod non pascet, eripiet ex periculis, eum vindex innocentie, nolite vitam tuebitur: ita specialis quædam est fides quæ singulis huiusmodi promissionibus respondet. Hæc igitur interdum vt quispiam de peccatorum remissione & salute sua Deo fidens, in parte aliqua vacillet, nam vel minimum trepidabit in mortis periculo, vel de victu quotidiano nimium erit anxius, vel minimum perplexus erit in suis consilijs. Talis fuit Zachariâ incredulitas, quia scilicet fidei radicem ac fundamentum tenens, tantum vna in parte hæsitauit, an Deus filium illi daturus esset.

Hæc neque vera sunt, neque coherent. Non sunt vera. De potentia Dei qui dubitare potuit vit in lege auditus, habens exempla Abrahami, Isaac, aliorum, quorum infœcunditatem Deus prole donauit? Deinde credebatur è nihilo factum mundum, de cælo manna, de petrà fontem datum, mortuos in vitam reuocatos, non crederet ille Deum reficere vires infœcetas corporum atidorum, vigoremque & fecunditatem haurire restaurare. Si priora non credidit, infidelis, impius, Epicureus, non iustus fuit. Si illa vera credidit, de potentia, quæ fecunditatem daret, dubitare non potuit.

Nec minus criminofus fuit, & in Deum blasphemus, si potentem quidem est opinatus, sed fallacem putauit. Si non dubitauit, esset vox Dei, nec ne, sed an futurum esset quod audierat. Hoc est, an Deus vera an falsa loqueretur. Quæ dubitatio prior est multo deterior. Turpis enim Deum mendacem esse, quam impotentem. Hoc enim naturæ, illud malitiæ est. Si enim in hoc promisso ad aram suam fallere potuit, nulla causa est, cur Mofis, & Prophetis vera dixisse credamus. Nunquam tuto, & securè illi creditur, quem semel constat esse mentitum. Hoc igitur si existimauit pater præcursoris, nec Mofis, nec Prophetis credit, sed Herodis instar, & Augusti tum regnantis, in fidelis fuit. Fundamentum enim fidei est reuelatio Dei, illa nititur Dei veritate, quæ credimus, quod seipse negare non possit.

§. 3. De Angelo igitur dubitauit, an scilicet esset vox Dei, necne, an vere Angelus lucis? an demon fi-

Et in luce refulgens? Sensus igitur est, Vnde hoc sciam? signum requiro veritatis, quale non potest esse falsitatis. Senex ego sum, & vxor, sine miraculo proles dari non potest, id ratum est, vnde hoc sciam Deum velle? reg; esse verum Dei interuentum & non falsis præstigijs mihi illudere? verba enim tua formare, faciemque fingere etiam Satan potest. Vnde ergo sciam? Deum scio fallere non posse, tuæ legationis fidei testimonium quæro. Hæc Zachariâ cogitasse responsum Gabrielis manifestum facit, Ego sum Gabriel qui asto ante Deum. De me dubitas, scio, at iam cognosces, non modo Angelum me esse, sed vnum è primarijs, qui olim Danieli apparui. Non probat Deum potentem esse, non probat veracem esse; sed verè se ab illo legatum, se Gabrielem esse, ac proinde nec se mentiri posse. Peccauit tamen; quia cum multa iudicia essent, eaq; sufficientia, quibus Angelum sanctum esse crederet, nihilominus dubitauit. Cur alij, qui & dubitarunt & signa petierunt, non eodem peccarint modo, diuino iudicio relinquendum est, qui corda non modo verba intelligit. Ita Augustin. hom. 44. Si verba attendamus, inquit, haud ambo crediderunt Zachariâ, & Maria: sed nos verba valemus audire, Deus potest & corda interrogare. Intelligimus, charissimi, quoniam Zachariâ quændo ait, per quid cognosciam hoc? ego enim sum senex, & vxor mea progrossior in diebus suis, desperando dixit; non inquirendo; Maria vero; quando è contra ait, quomodo fiet istud, quia virum non cognosco inquirendo dixit; non desperando.

VERSUS 19

Et respondens Angelus dixit ei. Ego sum Gabriel qui asto ante Deum: Et missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare.

QUESTIO I

Quis Gabriel?

§. 1. Vtrum Dei, aut fortitudinem Dei significat. Ista è itarum præses erat, & patronus. Syrus vocat *Γαβριελ* Gabriel, vnde & Græcum *γαβριηλ* magis ad iota, quam ephilon accedens, Daniel. 8. 16. & 9. 21. etiam Gabriel nominatur, qui Archangelus, an Angelus sit, an idem apud Danielem & Lucam disputant Theologi; p. q. 30. & ibi Soarez, cæteri que; reliqua omnia incerta sunt: Eundem tamen esse Gabrielem qui est, apud Danielem, & hoc loco certissimum puto non modo quia idem nomen est, sed quia ipse de se, vt qui in scripturâ notus sit, loquitur, cum enim ait: Ego sum Gabriel, non de aliquo, de quo nunquam in scriptura Zachariâ audierat, sed de celebri illo apud Danielem Gabriele loquitur. Si enim dixisset se esse Raphaelem, aut Michaelem non nisi de notis intelligeremus, pari ergo modo de Gabriele cogitandum est.

§. 2. Officium suum ait è præcursoris quod apparitor adster ad Dei obsequium. Non præteritum tempus, sed morem, & officium indicat verbum Græcum. Etiam cum in terram missus nunciat, Dei conspectu fruatur.

VERSUS 20

Et ecce, eris tacens, & non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credidisti verbis meis, qua implebuntur in tempore suo.

Peccauit quod clarè iudicij non credidit.

Gabriel vix Dei.

Idem in Daniele & hic Gabriel.